

Publié sur *La Vie des Classiques* (<https://laviedesclassiques.fr>)

[Accueil](#) > L'actualité en latin - Gallia e serie decem earum optimarum turmarum quae in toto orbe terrarum folle pedibusque optime ludant extruditur.

L'ACTUALITÉ EN LATIN - GALLIA E SERIE DECEM EARUM OPTIMARUM TURMARUM QUAE IN TOTO ORBE TERRARUM FOLLE PEDIBUSQUE OPTIME LUDANT EXTRUDITUR.

13 Avril 2015

Jovis die 9° Aprilis, meridie.

Gallica turma sphaeromachiae in ordine uniuscuiusque nationis turmarum regreditur, postquam series earumdem turmarum ab Omnium Gentium Sodalitate Follis Pedumque Ludi (vulgo « FIFA ») abhinc decem dies in lucem edita est. Victi enim a Brasilia in Galliae Stadio, quamvis posthac contra Daniam victoriam pepererint, Caerulei pilicrepi tantummodo undecimum locum habent, quem locum Omnium Gentium Sodalitas iis tribuit. In hac serie autem ii greges pilicreporum qui in summo certamine novissime contenderunt ad Scyphum orbis terrarum adipiscendum dominantur sane, quoniam Germania primum locum ante Argentinam occupat.

[Lire en français](#)

Tags :

[France](#)

[International](#)

[football](#)

[classement FIFA](#)
